



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

Themistocles. Capvt XIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

Pisistratus.

C A P V T X I I .

Solonum
Pisistrato
et paratio.

Solonis æmulus extitit Pisistratus, varius tamen eloquentiae genere: illius grauis, austera, & plerumque horribilis oratio: huius suavis, & amœna dictio: ille frangere studebat animos, hic mollire: ille vallo impetu irrumperis in animos rumpens, hic sensim, & leniter irrepens penetrabat: ille vase fistili panacea succum, hic poculo aureo melleis fauis oblio propinabat venenum: ille secare se, & vire proficiebat, vt sanaret: hic soporabat, vt iugularer: ille veluti fusina armatus, irruerat: hic aureo reti pescabatur. Ad sumnum, tantum dicendo valuisse fertur, vt Athenienses illi Regium Imperium, oratione capti permitterent: cum præstern amantis simus patriæ Solon cōtra niteretur: sed alterius salubriores erant conciones, alterius disertiores: quo cuenit, vt alioqui prudentissima ciuitas, libertati seruitutem præferret.

Themistocles.

C A P V T X I I I .

Themistoclis victoriis laureis afflorent eloquentiae palmae: Magnum siquidem viri, & ad oratoria decoranatum ingenium, quem prima, veluti surgentis lux eloquentiae mirificum spondebat oratorem. Nam & puer, eo tempore, quo alij inter prolectantis ætatu blanditiis lasciuunt, iam tota mente forum, & accusations, defensionesque sociorum cogitabat. Verum, (vt in Iulio Casare contigit) æstus militaris gloria longè ab ijs oratorū curis hominem abripuit, vbi Miltiadis trophya cogitare coepit, ingentisque honoris stimulis noctes, diesque cōfigi. Nec sanè fatu respōdit, cum iam blandiente eloquentiae gloria interrogatus ab aliquo, vtrum mallet Homerus, an Achilles fieri? Tu vero quem te malles (inquit) Olympicum victorem, an victoris præconem? Ex quo animum ad studia bellicia totum adiecit, & ea gessit, quæ orbi terrarum stupori fuerunt. Apparent in eius dictis splendidissimi ingenij lumina. Quid hoc exordio grauius, quo apud Andrios legatus vsus est: Vestram hodie in urbem, Andrienses, appulsi dorum summiū comitatu signis, suada, et vis-

lentia. Quid eo acutius, cum Eretrientes irridēs per misericordiam quidem habere sicut Tentoridas nos faciat? Cor autem non habere. Iam vero sublime quod mihi dixit apud Persarum Regem orationem varijs, pictisque stragulis esse simillimam, vt enim illa, sic hanc explicata ostentare imagines, & figuram, contractam vero occultate, atque delere. Constat ex ijs Themistoclem eloquentiam, sed ipsa etiam eloquentiae anima (prudentia intellegi) præstisile, qui meritò a Cicerone inter veteres oratores recenseruntur.

Herodotus.

C A P V T X I V .

Displicant huic rosea, & balsama, cui non placet Herodotus. Hortus est eius historia, varijs arboribus consitus, innumerisque florum distinctus areolis, ex quo aeterni spirant odores. De rerum veritate nihil hic attinet dicere, quando ab eruditis hominibus eius causam suscepit, defensamque video. Stylus certè est, qui non nisi ab imperitis, aut malevolis reprehendi possit. Tonus est dulcis, candidus, fusus, sine ullis salebris, quasi sedatus amnis fluens. Verba lecta, sonantia, levia, non secus, ac micantibus illusa flosculis asarota, inter se, quam venustissimo nexu, cohaerent, quibus amœna figurarum varietas, magna orationis temperie aspergitur, & ipsa dialecti mollities, multum affundit suavitatis. At quod summam habet in Herodoto iucunditatis illecebram. Poëticus quidam decor ex Homeri sacrificario petitus in eius scriptis afflorescit, sic enim arbitror poetica in oratione verba, aut numeros palam consecutari vitium est, vel maximum, ut poëeos quafdam yeneres latentes, arcana, subtile, immiscere, magna est industria, & plurimum habet voluptatis. Ut enim vino affluit mandragoras illi suavitatem quandam leniter instillat, qua sit, vt, qui bibunt, & si minimè caussam sentiant, delectationem tamen hauriant. Pari profecto ratione Poëtarum flosculis, illigata subtiliter oratio latens habet quoddam atcupium iucunditatis. Quod in Herodoto faciliè animaduerras, cuius historia, vt ait Dionysius Halicarnassensis propter suadelam illam, & venustatem optimæ poësi similis potest videri. Accedit ipsa distinctionis minimè morosa simplicitas, maiestatis lepos, & quedam ex elocutionis facilitate volubilitas, quæ Plutarchus eti Herodoto iniquor